





*XXIII.*

**HONORES**  
In Medicina  
Summos  
**RECTORE MAGNIFICO,**  
*Viro admodum Reverendo, Clariss. Excellentissimo*  
**Dn. JOHANNE GERHARDO**  
SS. Theol. D. ac P.P. de Ecclesia Christi per  
orbem Europæum meritissimo &c.  
**Gratiosi Medicorum**  
Collegii  
**DECANO SPECTATISSIMO**  
*Viro Clarissimo, Amplissimo, Excellentissimo, Ex-*  
*perientissimo*  
**Dn. ZACHARIA BRENDELIO**  
Med. D. & P.P. celeberrimo &c.  
*gratulantur*  
**Dn. Præceptores, Patro-**  
ni, Amici,  
*Viro Clarissimo, Experientissimo, Excellentissimo*  
**DN. NATHANI VOGTIO**  
SERVESTANO ANHALTINO,  
suo merito collatos  
*In Universitate Jenensi*  
*A. O. R. c 19 19 c XXXV.*  
*Die 8. Octobris.*  

---

**TYRIS STEINMANNIANIS.**



**N**iam beatam hæc efficiunt tria :  
Nasci toro, quem non maculat pudor,  
Statuque honesto collocari,  
Connubio & placido jugari.  
Scimus pius natum esse parentibus :  
Exercet amplam Artem Medicam pater,  
Quem Principes excelsi honorant,  
Et populis decorat merentem.  
Doctrinæ reddit celebrem quoque,  
Et gloriam excelsam ex merito parit :  
Æquare, valde est gloriosum,  
Posse senes juvenem peritos.  
Sectantur hi convivia & aleam,  
Ignaviam illi, & pocula diligunt :  
Nulla his modis Laus comparatur,  
Gloria nec favet otiosis.  
Te Luna vidit, conscius atque Sol  
Libris vacantem, atque immemorem cibi :  
Cura una erat, formare pectus,  
Usibus atque parare magnis.  
Quod concupisti, nunc capis . utilis  
Es publicæ factus quoniam Rei :  
Inter senes Artis peritos  
ut nova stella nitore fulges.  
Praxin tuam felicitet undique,  
Vitamque Numen soſpitet, ac tegat :  
Doctura sit suavis tibi ipſi,  
Exhilaretque tuos parentes.  
Quem filiali cum reverentia,  
ut confiteris, ſollicitus colis ;  
Qua mente me nunc esse credis ?  
Gratulor, exſilioque gaudens.  
Nunc reſtat Actus maximus ultimus,  
Uxor locanda in conjugio pio :  
Hic cautio eſt : hoc vita in uno  
Eſt ſita commoda, & eſt moleſta.

Her-

Horrere noli: Nec pater horruuit:  
Tractandum opus prudenter & anxie:  
Oratio, heus, felicitatem

Promovet, ac levigat dolorem.

Pax una (cujus nomen amabile

Res ipsa suavi examine dulcior)

Est omnium datrix bonorum:

Diluit omnia leta bellum.

O fac ratam pacem his regionibus,

Consulta frange hostilia, præpotens:

Ecclesiæ crescant scholæq;

Numinis in celebrationem.

Conradus Bavarus Utr. L. & Histor. P.

Academiæ Lipsiensis h.t. Rector F.

---

C<sup>L</sup>are Meditrinæ mystes NATHANE VOIGTHI,

Ascaniæ gentis fama, corona, decus,

Dum deploratos sanas, cymbamq; Charontis

Stare jubes, visa est hæc Meditrina loqui.

Præmia debentur NATHANO, præmia digna,

Cingat honoratum rubra tiara caput.

Annulus exornet digitos, DOCTORIS honore.

Fulgeat, eximium nomen in orbe gerat.

Mox dictum factum, Meditrinæq; omnia parent

Imperio, DOCTOR non sine laude vales.

Perge juvare alios, ægrisq; afferre modelam,

Sic vere NATHAN atque bondos eris.

Gratulat, ergo fac.

Joh. Gerhard D. h.t. Rector Univ. Jen.

---

V<sup>O</sup>GTI, exantlati tibi præmia digna laboris,

Nuper, sed meritò, clara SALANA dedit.

I nunc & meritò Clarescet, Viresce, Vigescet,

VOGTI, ô Aonii portio magna Chori!

Debitæ gratulationis ergo  
deproperabat

Zacharias Brendel Medicinæ D. & P.P.

& p.t. F.M. Decanus.

**V**O G T I, delicium Sophie atque Machaonis artis,  
VO G T I, noster Amor, deliciumq; Patris;  
Hostibi carminibus summos gratarer honores,  
Carmina si possent conciliare decus.  
Immortale decus, T I B I, Marte tuopte paratum,  
Et medica excellens nomen ab arte datum.  
Hocce precare unum possum, ut, ceu mente, Parentem  
Exprimere annorum fertilitate queas.

Hoc singularis affectus contestandi ergo, va-  
vebat ex animo, cum appreciatione fausta  
omnimodæ felicitatis in cognitione &  
exercitatione practica,

Wernerus Rofsinck Hamburg. Phil. Med. D.  
Profess. horti medici præfctus.

**V**O G T E, cui notum divinæ stirpis Apollo  
fecit præ cunctis artis opus Medicæ,  
qui curas varios pernox & perdius ægros,  
atque admirandâ dexteritate leyas;  
non Ego, dum tantas Te Phœbus honestat ob artes,  
& statuit summo magnus Apollo gradu,  
gratis, ut multi, meritos tibi grator honores,  
nec frustra longum mente præcepto decus.  
Namq; quod hos fundo versus, has incolo sedes  
Musarum, fateor munus id esse tuum  
Scilicet ardenti nuper Me febre perustum,  
& singulantem Fata suprema, nece  
a citâ Apollinis revocasti industrius herbis,  
ut jam me vegetet, qui fuit ante, color.  
Non Tibi divitias opto, non culmen honorum,  
quæ nequeunt dotes destituisse Tuas:  
hoc opto tantum. longâ stes, V O G T E, senecta,  
ut multos simili prosperitate bees.

Honoris causâ  
scrib.

Paulus Slevogtius Ebrææ & Græcæ  
Lingg. P.P.

Qui

**Q**ui superas juvenes magnis progressibus annos,  
summo jure tuo summa bracea petis.

Felix discipulo celebris Rolvinckius illo,  
hoc nato felix terq; quaterq; Pater!

Cresce, Nathan ô Amice! tuis conatibus adsit  
Omnipotens, & sint fata serena Tibi.

Honoris ergo Amico suo honoratissimo

Lmq; f.

Johan. Mich. Dilherrus P.P.

---

## NAT(h)AN VOGTIUS.

Anagr.

### NAVIGO TANTUS.

**I**n Phœbi pelago tam vasto, navigo tantus,  
Ut mihi submergar nulla procellaratem.

Virtus fortunam superat, doctrinaq; ventos  
Dirigit, & placidā me statione locat.

Hæc de te merito, ( connata modestia si te  
permittat ) Fili, dicere, amande, queas.

Filium ut adpellem, me vivida cogit amoris  
flamma: Pater nato, quod voyet, ipse tibi.

Ita clemente Olorum indultu  
simul stridebat rusticus

Anser.

BVRkarDVs GROSmannVs QVæstor  
ProVINCIæ Ienensis & BVR-  
gensIs.

---

**S**i mihi Pierides, si mitis Apollo faveret,  
Doctori canerem carmina grata novo.

Sed quia rore suo mea labra rigare recusant,  
Indocto prorsus gutture verba premam.

Gratulor ergo tibi celebres Doctoris honores,  
Quos peperit victrix Musa, volente D E O.

Utg; diu vivas salvus multiq; salutem,  
Comprecor, acquiras, sis patriæq; decus.

Gratulabundus f.

Henricus Plancus Medic.Licent.

---

**A**rtis Pæonie peritiorem  
(brat,  
NATHANEM Meditrina quem cele-  
Ocellum egregium colitq; VOGTUM,  
Illum ipsum adspiciens Salana florens;  
Infit: Esto meum, maneto semper  
meum delitium: medere felix,  
Et curas Medicas sereniores,  
Experireq; gratiofiores.

Jamq; adflant Zephyri, Favoniusq;  
DOCTORIS titulos, brabea summa  
defert Aonisin, decus Medentum  
VOGTI, multiplici labore partos  
DOCTORIS titulos, brabea summa.

O factum bene! Perpeti labores  
Sublestos grave; dulce, quin decorum est  
Sudoris meminisse, tristiumq;  
Antlati, diu juvat laboris.

Adesto Philuræa, amata Musis,  
Et quondam Philuræa amica nostris.  
Vidisti documenta plura VOGTI,  
Lustrantis Sophiæ intimos recessus,  
Astrorum positus, poli meatus;  
Planetas statione collocatos,  
Monstratasq; retrogradationes,

Et quæ Phænomena accidunt Olympo;  
Quæ Mathematicis Pharos carinis  
demonstrabat, & edocebat aptè.

O factum bene! Sic decet subire  
Fanum Mnemosynes, honoris ædes.  
VOGTI tempora laureâ Medentum  
Salve sic redimitus, atque vive!

Sic infit Sala; sic Elyster infit.  
Sic Salæ Proceres vovent, BONIq;  
Sic ROLFINCKIUS inclutus Machaon,  
Affectu tuus ac amore totus.

Ipse & subdo meū. VIGE! PERENNA!  
Macte DOCTOR, honore macte summo!  
Ægrotos revoca, stygi sub umbra  
qui gemunt tremuli, manus, opemq;  
fer, per Te ferietur, Ociūmq;  
Lethe linte vacante concelebrat.

Paucis. Ipsa SALUS Tibi saluti  
sit, jungat Cypridos beatitatem,  
Pansa cordoli domus Coronam, &  
Patris cœlicolūm perennitatem!

Sic Te jure volo, vocabo FALSTUM,  
Artis Pæonie peritiorem.  
NATHANEM, Meditrina quæ celebrat,  
Ocellum egregium colitq; VOGTUM.

Tumultuante calamo

M. Gothofr. Schreiteri.

**O** hoher Tag! O Tag der Frölichkeit!  
Dein Lob ist gros/ vnd bleibt zu jeder Zeit/  
Nach dir mit Fleis vnd ganzen Sinnen streben/  
Die in Geflicht der Musen embsig leben.

Du bist jo schön/weil du schön schreibest ein  
Ins Buch der Zeit den Ruhm / den nur allein  
Verdienet der so Künft vnd Tugend liebet/  
Vnd ihnen sich mit Erw vnd Fleis ergiebet.

Der

Derselbe seyd Ihr/ Hochgehrter Freund/  
Ihr seyd/der auch dieselben hat gemeyn  
Von Jugend auff/vnd euch dahin beslissen/  
Wie ihr einsmal auch derer mögt geniesen.  
Wolan/gleich wie die Bäume tragen Frucht/  
Vnd wie man jetzt von Stöcken Trauben bricht/  
Auch also ihr der Eugend Frucht erlanget/  
Vnd in der Ehr der Künste herrlich pranger.  
Sehet/es kömpt heut Apollo selbst herzu/  
Vnd schencket euch vor ewere Müh die Ruh/  
Er giebet euch/als seinem liebsten Sohne  
Den Eugendlohn/die prächtig' Ehrenkrone.  
Wer wolte doch/Herr Doctor, nun mit euch  
Nicht frewen sich/vnd rühmen disz zugleich?  
Es frewen sich die Krancken vnd Gesunden/  
Weil ihnem ihr seyd mit der Kunst verbunden.  
Ich aber noch vielmehr erfrewe mich/  
Der ich euch lieb' vnd ehre schuldiglich/  
Der ich euch bin mit Diensten stets ergeben/  
Erfrewe mich/vnd wünsche nun darneben:

**M**Agnatuæ, V O G T I, Patriæ spes, gloria, salve,  
*Salve artis medica magnum corona, docto!*  
Accipis ecce novam titulo vitamq; animamq;  
Doctoralis honor vita beata siet:  
Vita beata illis, sani qui corporis usum  
Quærunt à doctâ mente manuq; tuâ;  
Vita beata tibi, sit & altera vita beata,  
Tempore quam grato pronuba Juno dabit!  
Ac velut optati conscendis culmen honoris:  
Sic veniat thalamo bella puella tuo!  
Sicq; diu vive, atque perenni laude perenna,  
Corporis ac animi quam tua dona ferunt;  
Omnigenisq; bonis fortunæ cresce, vigesce,  
Sic salve ô animi portio charamei!  
Ita congratulatur  
M. Heinricus Bœzo Dresdenis.

In

**I**N medicâ summos tandem arte capessis honores  
Promeritos, V O G T I candor amorq; mei:  
Hunc ego, ut hunc alii summum tibi grator honorem,  
Hoc meruit virtus, Ars, Studiumq; tuum.  
Utq; tuus porro feliciter ausibus adsit  
JOVA piis, (mea sint hac rata vota) precor.

Domino, Amico, Fautori & olim commensali suavissimo, hisce sumnum in Medicinâ gradum gratulatur

M. Nicolaus Staphorst / Hamburg.

**T**urre petis Titulum, V O G T I, digitum Annulus ornat,  
Et meritò lambit tempora Mitra tua.  
Corpus ut umbra comes sequitur, sic gloria, libros  
Qui claudit nunquam, concomitat eum.  
Ut vero peperere tibi ingenium atque labores  
Laudem, sic multis commoda multa feren.

Sic applaud.

M. Conradus Victor Schneider/  
Betterfelda Saxo.

**V**Illicus ut teneram flectit curvamine vitem,  
Deinceps expectans, ut bona vina ferat:  
Sic animum flexit Genitor, Clarissime V O G T I,  
Ingenii ut videat munera magna tui.  
Munera non tantum, sed & optima præmia cernit,  
Quæ tibimet meritò nostra Salana parat.  
Sic premis in Medicis vestigia rite Parentis,  
Sic Patris insignis præmia magna capis.  
Nam Pater ut grandes est famæ nactus honores,  
Summus ut in summis vir queat esse viris;  
Sic quoque Salaides, Clarissima lumina, Musæ,  
Te cupiunt summis annumerare viris.  
Sis felix, opto, sis ceu Podalirius alter,  
Longævi Pylii secula longa vale.

Observantiae ergo  
f.

Philippus Schunck/  
J. T.

F I N I S.

Cl 1926




Stk. 6 = Handschrift

Sb.

Paul Friedrich  
Buchbindemeister  
Merseburg a. S.

VDA



# Farbkarte #13

B.I.G.

Centimetres      Inches

8      3      1      1      2      3      4      5      6      7      8      9      10      11      12      13      14      15      16      17      18      19

Black      White      3/Color

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



22  
E S  
IFICO,  
*Excellentissimo*  
R HARDO  
gia Christi per  
imo &c.  
corum  
SSIMO  
*Excellentissimo, Ex-*  
RENDELIO  
*imo &c.*  
, Patro-  
*xcellentissimo*  
VOGTIO  
ALTINO,  
os  
enſi  
X V.  
NIS.